CLASSIS I.

PETRAE.

I. HUMOSAE.

1. SCHISTUS fissilis.

II. CALCARIAE.

2. MARMOR amorphum, effervescens.
3. GYPSUM amorphum, fixum.
4. STIRIUM fibrosum.
5. SPATUM rhombeum.

III. ARGILLACEAE.

6. TALCUM solidum.
7. AMIANTUS fibrosus.
8. MICA squamosa.

IV. ARENATAE.

9. COS fragmentis granulatis.
10. QUARTZUM fragmentis angulatis.
11. SILEX fragmentis convexis.

V. AGGREGATA.

12. SAXUM particulis heterogeneis mixtis.

PETRAE natura *eruenda* ex ſua Matre TERRA.
TERRAE matres *ſunt praeprimis quatuor:*
Humus *lutoſa*, *Vegetabilis*, *Combuſtibilis.*
Calx *teſtacea*, *Animalis*, *effervescens.*
Argilla *apyra*, *Aquatilis*, *induranda.*
Arena *mobilis*, *Aquatilis*, *indurata.*

I. HUMOSAE ex Humo Vegetabili, ignitae ardentes combuſtibiles.
Humus *lente depoſita in aqua*, *ergo horizontalis* fiſſilis.
Argillaceae *particulae ſaepe cum Humo* depoſitae,
ergo etiam Schiſtus ſaepe ſubargilloſus.
Acidum *minerale paludum ſaepe inquinavit Ferro,*
ergo uſtulatae reddunt terram ochraceam rubram.
Accenſae ardent *vegetabili*, *niſi nimis Metallo inquinatae.*

II. CALCARIAE ex Teſtaceis ſ. Lithophytis *in terram* mutatis.
Calx *enim omnis* e Regno Animali *prognata.*
effervescentes et ſolubiles acido, *utpote alcalinae,*
niſi antea acido ſaturatae, *uti Gypſum.*
combuſtae *et aqua exſtinctae fatiſcunt in* farinam.
vi calcinandi ſ. Petrificandi *multiplicativa pollent,*
in Humoſis, *vegetabilibus*, *animalibus*; *argillaceis?*

III. ARGILLACEAE *ex Viſcido* marino in Terram *coacto.*
Rafiles *Tritura lubrica*, *cum e Viſcido molli natae.*
Indurandae *in igne aridioresque evadunt et duriores.*
Apyrae *quondam dictae.*

IV. ARENATAE *ex Atomis aquae*, *in* Arenaceam *ſubſtantiam connatis*
ortae ex Aqua aethereo-pluviali.
Particulis dûrae *ſcabrae*, *radentes.*
Chalybe ſcintillantes *ob ſoliditatem et duritiem*; *nec aliae niſi aliquot Spata metallico indurata.*
Vitreſcentes *quondam dictae.*

V. AGGREGATAE ex praecedentium *particulis* mixtis.
Induratae *e terra quacunque*, *poroſae.*
Interſtitia *cava repleta fuere aqua terreſtri*, *quae enata in particulas ſolidas addidit miſcelam e Quartzo*, *Spato*, *Mica.*
igne conſiderandae *ſecundum qualitates immixtas.*

CLAS-